

Adit. 1990 fol 39

Agapitus II cepit a D 946 sedit a. 10 m 6 d 5
imperante Lothario qui imperavit annis 2 post Belengario
cum Alberto filio qui imperavit annis 11. Agapitus sub
quo Saraceni Capuam, ceperunt. Leo imperator Bene-
dictum deposuit et Leonein instituit et filium sibi equisocum
coronavit. Et papa dedit eos honores quas Carolus et
Pipinus ecclesie dederant scilicet regnum Italicum
ut eum ab invasoribus liberaret cui omnes con-
senserunt tam layci quam clerici

Johannes XII cepit a D 956 sedit annis 7 imperante
Belengario post Otone qui imperavit a 6 Johannes
a prefecto Urbis exulatus est postea

Benedictus V cepit a D 963 sedit m 2, d 5
imperante Otone. Benedictus captus est et in carcerem
strangulatus est

Leo VIII cepit a D 963 sedit a 1 m 3 imperante Otone

Johannes XIII cepit a D 964 sedit a 7 m 11 imperante Otone primo,
post Otone secundo qui imperavit annis 8. Johannes cui
Benedictus successit sic in carcerem fame mortuus est

Benedictus VI cepit a D 972 sedit a 1 m 6 imp. Otone

Benedictus a Romanis a papatu ejectus est, et Silvester
restitutus. Sed hoc ejecto Benedictus substituitur quo
ejecto Gregorius substituitur quem imperator deposuit
et ultra montes transportavit et Clementem instituit

His temporibus luna fuit plena sanguine et sal defecit
Et magna fames fuit Et sanctus Simeon migravit ad Dominum

Damasus II cepit a. D 972 sedit a 1 m 6 imperante
Otone. Damasus papa cum Norrandis qui patrimonium Sci
Petri occupaverunt propter annorum defectum in Apuliam dimicavit

Bonifacius VII cepit a D 975 sedit m 1 d 10 imper. Otone

Benedictus VII natione Romanus cepit a D 975 sedit
a 9 m 6 imp. Otone

Johannes XIV cepit a D 984 sedit m. 9

Johannes XV cepit a D 985 sedit m 4 imperante Otone